vilitate, quia maxime vtile est ad probationem consuetudinis esse firmatam in contradictorio iudicio: nam ex hac probatione relevatus allegans ab onere probandi consuetudinem, quod noravit Doncl. lib. 1. comment. cap. 10. Tertio oblat textus in l. 5. tit. 2. part. 1. vbi videatur requisitus non virus tantum, sed duplex actus iudicialis pro firmanda consuetudine; inquit enim lex, debe ser tenida, y guardada por costumbe, si en este tiempo mismo fueren dados conferamente dos iudicios por ella de homes fabriores, e entendidos de iugar. Huic legi repulsi alii explicatores responder Burgos de Paz in l. 1. Tauri, n. 247. Gabriel Valquez l. 1. 2. disp. 177. cap. 6. assentiendo iuri nostri regni duas illas sententias necessarias ad consuetudinem, esto iure communis, e ciuii nulla fuit necessaria: quia explicationem, vt absurdam, & repugnante, refelli Suarez lib. 7. cap. 11. num. 7. Basilis de Leon. lib. 6. cap. 6. num. 4. Ea, inquam, ratione, quia si due illæ sententiaz necessarie sunt ad stabilendam consuetudinem, prima sententia non posset ferri pro consuetudine, seu secundum consuetudinem, quia pondus est consuetudo, cum prima sententia profertur: sed fateor hanc rationem conuincere dari non posse sententiam decisivam aliquiis litis in vi consuetudinis, si consuetudo contraria sit legi; quia tunc aquitas non patitur dari sententiam contrariam legi in vi consuetudinis non constituta. At hinc non inferitur non posse ad consuetudinem stabilendam, sententiam declaratoriam consuetudinis requiri: cum enim consuetudo ex voluntate legislatoris vites habeat, poteris legislator supremus statuere non valere consuetudinem, quanquam longa evan, nisi iudicio contradictorio declarata fuerit: & ita sentit Burgos de Paz a numer. 247. factum esse in iure Hispano. Sed addit ad consuetudinem triginta, vel quadraginta annorum, vel immemoriam, hos actus iudiciales non requiri, sed solum in consuetudine decennia, vel vicennia, quod ipse optimè probat a numer. 251. Suarez verò lib. 7. cap. 11. num. 7. recta interpretatione supradicta, subiecta aliam: affirmat namque supradictam legem duplicitate patrem habere: in prima statui quid necessaria sit ad consuetudinem stabilendam, & hoc si cum dicetur debere decennio, aut vicennio durare. In secunda tradi, quid requiratur, vt irrenocabilis sit consuetudo, & affirmatur ex virtute, & ordinatione talis legis fieri irrenocabilem, & firmam omnino consuetudinem, si pro illa duo actus iudiciales lati fuerint. Verum haec interpretatio mihi non probatur; quia eo ipso, quod consuetudo introducta est, irrenocabilis est ex se, sicut & quilibet alia lex: at sicut quilibet alia lex quantumvis firma, impugnari potest, alia lege superuenient, vel consuetudine contraria, ita & consuetudo etiam actibus judicialibus firmata fuerit, repugnari hoc modo poterit. Quapropter dicendum existimo actus illos iudiciales non exigit ibi ex necessitate, sed ex visitate, neque pro conditione, sed pro abundantia: ita vt faciat hunc sensum, consuetudo, quae decennio, vel vicennio durauit, sensuenda est, maxime si illo tempore bis pro illa iudicatum fuerit, sic Basilis de Leon. lib. 6. de matrim. cap. 6. num. 4. Item poteris dicere legem illam loqui pro foro externo, & judiciali: ita vt sensus sit, postquam in Senatu regio iudicatum fuerit, consuetudinem habere vim, non posse iam in iudicio controverti, sed pro consuetudine esse iudicandum: faciatque lex cum de consuetudine, ff. de legibus, vbi dicuntur in consuetudine primò explorandum esse, an fuerit in iudicio firmata, & ita explicat Salas disputat. 19. set. 6. numer. 67. circa finem. Neque puto ab hac interpretatione dissentire Suarez, sed hoc ipsum, eti obsecrū voluit intendere esse consuetudinem irrenocabilem.

11 Inquires secundò, quales actus ad stabilendam consuetudinem requirantur?

Respondeo primò, requiri actus esse voluntarios his, qui consuetudinem introducere debent: quia ex eorum consensu liberò debet introduci, alias vim legis habere non poterit, & ita docet cum communis sententia Suarez lib. 9. rot. cap. 12. & cap. 18. num. 8. Salas disp. 19. set. 11. num. 9. Bonacina disp. 1. q. 1. punct. vlt. §. 3. num. 12. & alii ab eisdem relati. Quapropter si per vim, aut metum grauem, obligatur populus actionem aliquam praestare, & in ea longo tempore persistere; numquam condicendum est praestare contentum sufficienciem consuetudinem introducenda, quia praestari non potest velle stabilitate ius actibus ita sibi repugnabit, sic alios referens Suarez illo cap. 12. fin. & cap. 18. num. 8. Si autem illi actus ex ignorantia, aut errore circa substantiam consuetudinis procedant, mihi etiam est manifestum, non posse illis consuetudinem introduci: quae firmas vires habent, sic Suarez & alii supra: quia nihil magis voluntati contrarium, quam ignorancia & error. Quapropter, esti durante errore, aut ignorantia intelligatur consuetudo vires habere: aut illis substantiis omnino corrumpit. Ex explicito in hunc modum: si ignorans populus legem latam, & ex illa ignorantia violat, nullo modo potest aduersari legem praescribere, quia non habet talem intentionem: sic autem credit legem esse, cum tamen non sit, & obsecrat non potest legem statuere, quia non habet animam sustentandi legem, sed seruandi eam, quam falsè existimat, quod si legem illam

DE  
ASTRO  
PALACI  
TONI.

illam exstimatoram violerit, tunc illa violatio non est derogativa legis, cum nulla sit lex, cui derogetur. Ergo nunquam ignorantia, & error viae legis habere potest. Negre obstat lex quod non ratione 39. ff. de legibus, vbi dicitur, quod non ratione introductum est, sed errore primum, deinde consuetudine obtinetum, in aliis similibus non obinet, qua hunc sensum videtur habere: ea, inquam, qua non ratione, id est, cognitione, sed errore a principio introducta sunt, consuetudine ipsa vim obtinet in eadem materia, non in aliis similibus. Ergo iam ex errore introduci potest consuetudo. Ade lege non limitati prescriptionem ad consuetudinem oram ex scientia, ergo etiam ex errore procedatur, habebit effectum, & ita sentit, ut probabilis, Salas disp. 19. set. 6. num. 61. Non inquam, quia supradicta lex, ut communis docet sententia, non loquitur de consuetudine legali, sed praescriptiva, & non de quaque prescriptione, sed de ea, cui ius naturalis relabit, eo quod per errorum introducatur, secus verum, vbi non est fundatum prescriptio error. Et haec explicatio probatur optimi communi exemplo, quo glosa in *supradicta lex*, & Panor, in cap. fin. de consuetudine, videntur. Videbatur, si consuetudo sit aurigam obligatum non esse de periculo vini, quod in plastro detinet, si dominus vini plastrum comitebat, eo quod existimat nullum ius habere, nulla est consuetudo, quia fundatum illius est error, quo celsante euancetur consuetudo, secus vero, si ex alio errore introducta foret. Et hac ratione dicit Suarez num. 5. aduersus Rochum, si populus consuevit non extrahere frumentum ei ciuitate, quia credebat id sibi esse prohibitum, non ideo consuetudinem obligantem inducere, quia non abstinet ab illa actione, animo inducendi consuetudinem, sed animo obseruandi legem quam sibi esse postulat existimat. Quod si supradicta lex de consuetudine legali loquatur, tunc sensus illius est, quod non ratione, sed errore introductum est, & consuetudine obtinent, manifestato errore, neque iure, neque in similibus obrinere, quia per huiusmodi consuetudinem nullum ius acquisitionis est ad similes actus exercendos. Ad illud quod additur, leges non limitare prescriptionem ad consuetudinem oram ex scientia, negamus, si loquuntur de consuetudine legali ob rationem dictam, quia esto leges non imitent claram, & verbis expressis, tacite id significant, cum expostulant consuetudinem debere eis rationabilem, & legitime prescriptam, quod per actus involuntarios nunquam fieri potest.

12 Dico secundum. Non solum actus, quibus introducunt consuetudo, debent esse voluntarii, sed etiam debent esse ex intentione introducendi consuetudinem: nam absque hac intentione autoritatem, & efficaciam habere consuetudo non potest. Consuetudo enim pro lege suscipitur: ac proinde, scilicet ad rationem legis requiritur in legislatore intentione ferendi illam, sic ad consuetudinem requiritur in his, qui illam introducere possunt, intentione introducendi illam. Hac tamen intentione duplex esse potest in populo: potest enim populus intendere consuetudinem, ut deuotioni, & pietati, gratitudini, aut virbanitati faciat facias, absque animo se obligandi & potest intendere consuetudinem: animo ad illius obseruationem obligandi. Vel si consuetudo est contraria aliqui legi, potest intendi illa consuetudine legem abrogari, vel solùm voluntati depravatae satisfacere. Consuetudo ergo, quae legem abrogate debet, vel nouam statuere, necessario procedere debet ex speciali intentione abrogandi legem & ex speciali intentione statuendi nouam, quae alia via statu non potest, nisi procedat ex intentione se obligandi ad illius obseruationem, quia iuxta intentionem populari talis est consuetudo, & in his kire omnes Doctores concuerunt, ut videtur est in Suarez lib. 7. cap. 14. num. 6. & cap. 15. num. 10. Salas disp. 19. set. 11. num. 92. Saa consuetudo, num. 5. Rochus de Corte tract. de consuetud. set. 4. num. 36. Bonacina disputation. 1. quæst. 1. punt. 2. & 3. numer. 19. Valsquez 1. 2. disp. 177. cap. 2. ad finem Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 18. quæst. 5. & alij plures ab eisdem relati. Ex quo fieri ad indicium ferendum de consuetudine necessario attendendum est, quia intentione fuerit accepta, & continuata. Requiritur etiam, ut tempore requisito ad prescriptiōnem continuata fuerit consuetudo animo inducendi obligationem, etiam si a principio ex deuotione fuerit accepta. Ita si solùm ex deuotione incepta, & continuata est, nullam obligationem inducit, ut non inducit consuetudo salutandi Virginem, ad signum campanae noctis, ieiunandi in coram vigiliis, sumendi aquam benedictam in ingressu Ecclesie, pacem benedictum diebus Dominicis, & Centenem benedictum primo die Quadragesimæ, & ramum in Dominica palmarum, recitationem matutini ante Missam, & alia exempla his similia congruit Bellatrin, lib. 4. de Roman. Poniſſ. cap. 18. Suarez lib. 7. cap. 14. num. 6. Salas disp. 19. set. 11. sub num. 92. Azor 10. 1. lib. 5. cap. 18. quæst. 1. Idem est, si ex virbanitate, aut liberalitate, aliqui obsequium, vel beneficium praestat populus etiam multo tempore, non inde ex necessitate obligatus manet continuare, quia cum solùm ex virbanitate, & liberalitate introducta, sit consuetudo non potest aliam in continuatione obligationem inducere: sic non Me. oochius de arbitrar. lib. 2. centur. 5. cap. 49. num. 4. & pro-

bat ex 1. creditores, Cod. de pignorib. l. c. de furt. & cap. portum, de loco, consentit Sylust, consuetudo, num. 4. Bonac. supra n. 1. 9. & 20. Molin, tom. 1. tract. 2. disp. 77. Salas disp. 19. set. 11. n. 92. & alii.

13 Difficultas autem est, quomodo cognoscetur quod consuetudo inducta sit ex intentione inducendi obligationem, vel solùm ex deuotione, & liberalitate.

Respondeo breviter, si de consuetudine legali loquamur, relinquendam hoc esse prudentis arbitrio, qui penitus circuistiani sententiam de consuetudine preferet. Nam cum actus, quibus consuetudo introducta est, & indifferentes sint, ut ex deuotione, vel ex obligatione fiant, aliunde quam ex illis colligenda est intentio. Quapropter Suarez lib. 7. de legibus, cap. 1. num. 13. fine, quatuor conjecturas affligunt, ex quibus deduci potest consuetudinem obligare. Prima, si consuetudo sit rei grauius, difficulter, & communiter seruita à populo, quia non solet populus informiter conuenire in his actibus, nisi quando se obligatum sentit. Secunda, si vii timorari malè sentiant de his, qui non feruant consuetudinem, vel communiter populus scandalizatur. Tertia, si Prælati, & superiores puniant violantes consuetudinem. Quarta, si materia consuetudinis, & illius obligatio multum conferat reipublica. Qualibet enim ex his conjectura non leve iudicium est obligacionis. In casu autem dubio semper præsumendum est consuetudinem ex deuotione, & non ex obligatione inductam esse: rum quia ea, quae sunt facti, & non iuris, non præsumuntur, & lex non præsumit, nisi probetur: rum etiam si quia nemo præsumit sibi velle omnis, & obligationem imponeat, nisi id manifeste constet: & ita tenet Suarez lib. 7. cap. 15. numer. 21. Bonacina disputation. 1. quæst. 1. punt. 2. ultim. §. 3. numer. 21.

14 Dico tertio. Actus, quibus inducit consuetudo, debent esse exteri, quia de consuetudine exteris loquimur. Insuper debent esse manifesti majori parti communitalis introducentis consuetudinem, qui ab illa majori parte communitalis debent procedere. Item consuetudo pro lege lucipratus, & cum non ingrat alia promulgatione à se ipso, efficiat se ipsa esse manifestam, sic Valquez tom. 2. disputation. 177. cap. 7. numer. 56. Bonac. disputation. 1. quæst. 1. punt. 2. ult. §. 3. num. 26. Suarez lib. 7. cap. 10. num. 5. Item addi potest debere esse actus uniformes, pacificos, & non controvulos, sic Rota decis. 65. num. 13. & 16. in non simili, apud Farinac. Sed hoc de prescriptione intelligitur, non de consuetudine legali. Nam etiam minuti pars populi consuetudini resistat, major pars prævalere debet.

#### §. IV.

Expenditur quarta conditio de consensu legislatoris ad consuetudinem requisito.

1 Consensum legislatoris esse requisitum, constat.

2 Aliqui affirmant requiren consensum alium, præter eum, qui in cap. vlt. de consuetud. exprimitur.

3 Sufficiens consensus in supradicto textu.

4 Satis fundamento n. 2. adducio.

1 R equiri consensum legislatoris ad inducendam consuetudinem, quae vim legis habeat, vel quam detegat, est constantia sententia de comparsa ex l. de quibus, l. sed & ea ff. de legib. Et ratione probatur manifeste, quia nullus potest statuere legem, & statutum abrogare, nisi qui potest statuere habeat leges ferendi. Ergo abesse huius contentiu, non poterit induci consuetudo, quae vim legis habeat.

2 Difficultas autem est, an huiusmodi consensus legislatoris sit expressus in cap. fin. de consuetud., in quo dicitur consuetudinem rationabilem, & legitime prescriptam legi derogare posse. An infieri requiratur consensus aliis explicitis, seu personalis legislatoris, quo approbat consuetudinem introductam?

Non desunt Doctores, qui hunc nouum consensum expostulent: sic Bafilius de Leon. lib. 6. de matrim. cap. 6. num. 7. Valsquez 1. 2. disp. 177. cap. 2. & 3. Moutier Bafilius quia non omnis consuetudo approbat a Princeps, sed molte consuetudines permituntur tantum, alij approbantur. Ergo non potest ob virginalem illam doctrinam cap. fin. de consuetud., presumi in quibus consuetudine approbat. Item consuetudo specialis, specialis est lex. Ergo specialiem consensem legislatoris præquirit, qui eis non potest sine speciali scientia, & approbatione consuetudinis.

3 Ceterum tenenda est communis, & receptissima sententia, nullum alium consensem, præter traditum in cap. vlt. de consuetud. & l. de quibus ff. de legib. requiri sic Panormit. cap. vlt. de consuetud. num. 13. Rochus de Corte tract. de consuetud. set. 4. num. 24. Thomas Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 4. n. 11. & 14. & disp. 8. 2. n. 10. Suarez lib. 7. de leg. cap. 13. & num. 6. Salas disputation. 19. set. 1. num. 20. & 37. & set. 4. num. 39. & 40. &

40. & scđ. 5. num. 58. & scđ. 6. n. 62. Bonacina disp. I. q. 1.  
junct. vlt. §. 3. n. 34. Azor tom. I. lib. 5. c. 18. q. 1. & alij innu-  
mici ab alijs telati.

Fundamentum est, quia Princeps supremus, scilicet, Rex, aut Pontifex, optimè potest lege sua stabilitate, ut quoties po-  
pulus in aliquo consuetudine, rationabilis decennio duraret,  
ea conlectato pro lege suscipiat: facta autem hac lege ne-  
minii dubium esse potest consuetudinem rationabilem decen-  
nii datacent vim legis habere ex approbatione legali supre-  
mi Princeps: neque alia est approbatio expostulata. Sed hoc  
ipsum factum iam est iure canonico, & civili. Ergo iure au-  
tem canonico constat hoc factum esse in cap. vlt. de consuetud.  
vbi stabilitate consuetudinem rationabilem, & legitimè pref-  
erantiam iuri positivo derogare: quod autem fit rationabilem,  
non pender ex scientia, & voluntate legislatoris, sed ex natu-  
ri ipsius rei, cuius est consuetudo: esse autem legitimè pref-  
erantiam, habetur ex cursu temporis. Ergo cum nulla alia  
conditio ad stabilendam consuetudinem requiriatur iure ca-  
nonico, gratis, & sine fundamento expostulata: scientia Prince-  
pis, & eius nouus conatus, item iure civili constitutae eadem  
doctrine ex l. de quibus, ff. de legibus, vbi dicitur, rectissime re-  
currens est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam  
iusto consensu omnium per desuetudinem abrogentur, id est,  
non solum suffragio legislatoris expresso, & personali, qua  
consuetudinem introduxit superuenientem; sed contentum populi ex  
factualiter accepta a legislatore, & l. vlt. Cod. quis sit longa consue-  
tudo, dicitur, probatam, & seruam tenaciter consuetudinem,  
perpetua legi vicem habere statuimus. Item habetur in l. Cod.  
eodem in quibus legibus non obstat l. 2. Cod. quis sit longa consue-  
tudo, relata in cap. consuetudinis, distincta. 11. vbi dicitur,  
consuetudinis, usq[ue] longas non viles autoritas est, sed non  
ejus ad sui voluntaria momenta, ut aut rationem vincat,  
aut legem. Non enim consuetudo sua autoritatem vincit legem,  
sed ex auctoritate legislatoris, & illius consenu, non quidem  
exercitus postquam iam est consuetudo introducta, sed antec-  
cedenter ad ipsam consuetudinem manifestatus.

4. Neque obstat fundamentum Basilij de Leon. Concedi-  
mos non omne consuetudinem approbari à Princeps, sed so-  
lum rationabilem, & legitimè prescripam: & hoc est, quae  
in *Supradicto cap. fin. de consuetud. approbat.*, & non alia.  
Cum vero dicitur consuetudinem specialem, specialem esse le-  
gem. Ergo specialem consensum legislatoris expostulare: di-  
stingendum est de speciali consensu, & dicendum requiri  
specialem consensum proprium, & manifestum; non tamen ita  
singularem, ut solum unam consuetudinem comprehendat,  
potest enim unus, & specialis consensus pluribus consuetudi-  
nibus deferire.

## P N C T V M III.

Qui possunt consuetudinem introducere.

1. Ab una persona consuetudo introducere non potest.
2. Imperfetta communitas introducere consuetudinem non potest.
3. Communitas perfecta opimè potest.
4. Regnum, & provincia superiori recognoscens, neque ha-  
bens auctoritatem leges condendi, potest introducere  
consuetudinem.
5. Est introducenda consuetudo à majori parte communitatis,  
que consuetudinem introducere potest.
6. Aliqua inferuntur pro horum clarior intelligentia.

IN primis certum est ab una tantum persona, etiam si po-  
test, legibus legislatum habeat, qualis est Princeps, non  
potest consuetudinem suis actibus introduci, quia vim legis ha-  
beat: cum quia ad consuetudinem consensus plurius, & con-  
venientia in actibus expostulatur, tum & præcipuum, quia Princeps non conferat præceptum, aut legem imponere subditus, ex eo, quod hoc, vel illo modo operatur: sic docuit Suarez, lib.  
7. de legibus, cap. 3. num. 2. cum Rocco de Cutte tractat. de  
consuetud. præf. num. 16. & 22. & tenet omnes. Ex quo  
a fortiori fit, nullam aliam priuatam personam id efficer posse.  
Neque obstat aliquando priuatam personam consuetudine à  
se introducere le eximere ab obligatione legis: sicut Episco-  
pus obligatus erat in correctione subditorum procedere ex  
capitulo Capituli cap. 1. de præscriptionibus, in 6. & tamen con-  
suetudine à se introducere se eximere potest ab hæc obligatione,  
cap. non est, de consuetud. in 6. Non, inquam, obstat, quia hæc  
exemptione non est exemptio directa à communione lege, sed indi-  
recta, quatenus sollit materiam illius legis præscriptione adver-  
sus Capitulum: consuetudo autem præscriptiu[m] iure dari po-  
test à priuatam persona; secundus vero consuetudo legalis, quia sicut  
priuatam persona capax non est legis, ideo sua consuetudine in-  
troducere legem non potest. Adde etsi nimis irrationaliter, &  
contra bonum commune, si subditus transgrediendo legem,  
aut præceptum posset se ab obligatione illius eximere, datur  
enim anima leges violandi.

Secundò est certum, imperfectam communitatem, qualis  
est familia quadam, non potest consuetudinem legalem intro-  
ducere, quia non est capax ferendi legem: consuetudo autem  
legalis, lex quadam est, sic supradicti Doctores, & colligunt  
manifestè ex l. de quibus, l. sed ea, ff. de legibus.

3. Tertiò certum est communitatem perfectam, qualis est  
republica, provincia, regnum superiorem non recognoscens,  
potest consuetudinem legalem statuere, quia potest legem fer-  
re; ergo potest consuetudinem, quae pro lege suscipiat, in-  
troduce.

4. Difficultas nonnulla est de populo superioriter recognos-  
cente, neque habente auctoritatem condendi legem, qualis est  
generaliter Hispania regnum: an, inquam, hoc regnum, &  
quilibet provincia illius, possit consuetudinem introducere,  
qua vim legis habeat? Et eadem difficultas est de quoilibet  
Episcopatu, an possit consuetudinem legalem introducere: cum  
ipse non habeat potestatem condendi legem; sed hæc potestas  
toti sedis peccatum superiori, Ponifice, scilicet, aur Episco-  
pum?

Dicendum ergo est habere quidem potestatem introducendi  
consuetudinem derogatiuam legis antiquæ, aut noua consti-  
tuutiua, quia ad hanc potestatem sufficit de se posse legem  
introduce, etiæ ex accidenti id non possit. Addit solum requi-  
ti ad hanc consuetudinem introducendam esse communitatem  
qui lex possit imponi, esto non sit capax ferendi illam; quia  
consuetudo talis communitatis non introducit legem, ut suam  
sed ex consensu Princeps, qui consuetudini communitatis ca-  
pacis legi recipienda applicatus est, & ita docet Saisa disp. 19.  
de legibus, scđ. 6. num. 59. & scđ. 11. num. 90. Bonacina disp. I.  
quaest. 1. punct. vlt. §. 3. num. 13. & 28. Suarez lib. 7. c. 9. à n. 7.  
probatur laicæ Burgos de Par. l. 3. Tauri, concl. 4. a. 601. pag. 246.

5. Adiecto itamen, consuetudinem introducendam esse à  
majori parte communitatis, quae illam introducere potest, quia  
tunc tota illa communitas confertur confondere, conscientie  
majori illius patre: & ita tradit Suarez disp. 19. scđ. 6. n. 60. ex  
glossa l. consuetudinis, Cod. quis sit longa consuetudo. Suar-  
dicens esse communem omnium lib. 7. cap. 9. num. 12. Non tamen  
requiritur, ut duas partes communitatis consentiant, hoc enim  
ad aliquas electiones est specialiter requisitum, non ad consue-  
tudinem, ex l. quod maior, ff. ad municipalem, & cap. 2. l. de his  
qua fiant à majori parte capituli. Hæc major pars debet esse  
ex personis habiliibus, & capacibus legis, vnde amentes, &  
infantes, & omnes illi, qui legibus non teneantur, non pos-  
sunt sua consuetudine legem abrogare, aut nouam consti-  
tuere.

6. Ex hac doctrina sit primò laicos non posse sua consuetu-  
dine eximere clericos ab obligatione clericis imposita, neque  
econtra: & generaliter consuetudine vniuersi communitatis non  
potest alia obligari, qui actus vniuersi communitatis ad aliam  
non pertinet: sic Suarez, num. 11. & cap. 16. n. 9. Salas, n. 91. scđ.  
15. n. 10. Bonac. disp. 1. q. 1. punct. vlt. n. 16. Verum si laici  
consuetudinem aliquam introducerent, non quatenus laici sunt,  
sed quatenus ciues sunt, & circa materiam clericorum propriam,  
vt contingat in ieiunis, & festiuitatibus sexuandis, tunc eorum  
consuetudo est consuetudo ciuitatis: ergo adstringit omnes ci-  
ues illius. Ergo clericos, quatenus ciues illius sunt, & ita docet  
Suarez lib. 7. cap. 16. num. 12. contra Paludan. & alios relatios  
à Suarez ibi, quibus fuerit Salas disp. 19. scđ. 15. num. 105. circa  
finem.

Fit secundò, moniales posse consuetudini à legibus sibi im-  
positis se eximere, quia sunt capaces legis recipiendæ: sic do-  
cuit Suarez supra num. 11. Salas scđ. 11. num. 91. Bonacina  
num. 15.

Fit tertio, communites mercatorum consuetudine posse à  
lege sibi imposta se eximere, & nouam constitutere, quia est  
communitas capax obligari lege. Ergo etiam se à lege eximen-  
di per consuetudinem: quia non se eximit vi sua sed ex  
consensu legislatoris; & ita tenet Bonacina num. 30. Salas, & Suarez  
supra.

## P N C T V M IV.

Quos effectus consuetudo habeat.

M Ulripliciter consuetudo humanas actiones afficer potest.  
Primò obligationem imponendo. Secundò abrogando  
obligationem legem ante posse. Tertiò interpretando illam.  
Quarto irritando actum contra factum,

## §. I.

Expenditur primus effectus consuetudinis qui  
est obligatio.

1. Examinatur, posseme introduci consuetudo obligans tanum  
ad p[ro]ximam determinatam? Resoluitur posse.

2. Conclusio

- 2 Consuetudo unius ciuitatis aliam non obligat.  
3 Quando in una ciuitate non est lex, nec consuetudo, recurrere debet index ad vicinas ciuitates, non ex obligatione, sed ex equitate.

**D**E priori effectu consuetudinis, qui est obligatio, fatus superque dictum est; cum enim consuetudo pro lege suscipitur, & de ratione legis sit obligationem inducere, inferius manifeste consuetudinem hanc vim obligandi habere. Quocirca siue lex pro materia gravitate obligat ad culpam; sic consuetudo, quae est vera lex, ad eam obligabit.

Difficultas ergo prima est, an consuetudo introduci possit, quae solum ad penam obliget, & ad peccatum determinatam?

Et quidem mihi videunt certum id fieri posse; quae enim est repugnancia, ut consuetudo introducatur puniendo transgressores aliquius legis, hac vel illa pena determinata? cum enim id lege fieri possit, cur non poterit fieri consuetudine, qua pro lege suscipitur? Item introduci potest consuetudo, ut tali pena mutetur transgressor aliquis constitutions, etiam si constitutio ad culpam moralem non obligat. Ergo iam potest consuetudo ad penam tantum obligare: & ita tenet Suarez lib. 7. de legib. c. 16. n. 2. & 3. cum Roch, de Cate. trad. de consuet. sect. 4. num. 20.

2 Secunda difficultas est, an consuetudo unius ciuitatis aliam obligat?

Respondeo obligare non posse, quia consuetudo, & præscriptio tantum haberet potestate: quantum de vita, & actu, ut ex Baldio, & aliis probat Menochius de restringenda posse, rem. 5. num. 91. & Rota in nouissimis decr. 288. num. 4. tom. 1. ad Farinacum. Quocirca non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam, nec de caufo ad catum, sic Salas disp. 19. sed. 14. Suarez lib. 7. cap. 16. num. 6. & alii plures ab eisdem relati. Ratio est, quia p̄inceps solum censetur velles consuetudine obligare communatem, quae illam introducta, non aliam; communitas item aliam introducere ex intentione se obligandi tantum. Ergo nunquam ex consuetudine viuis communiatias alia obligantur.

3 Nihilominus tamen, si in aliqua ciuitate non fuerit statutum, aut lex, aut consuetudo, quibus causa decidatur, recurrere debet index ad consuetudinem vicinarum ciuitatum, si rationabilis est, iuxta c. 16. cap. 1. de consibus, & c. 16. olim, de consuetud. & tradit Panormit. ibi n. 1. Et idem est in eadem ciuitate circa diuersum casum, si subest eadem ratio, & aequitas. Conceditur enim tunc ex senso, & vobis praescriptione, ut relatis alius docet Menochius supra num. 65. Verum, ut recte adiicit Salas disp. 19. sed. 14. num. 102. hoc intelligendum est: non de obligatione, sed de convenientia, & exequitate; quia consuetudo unius ciuitatis ad aliam authenticè non extenditur, neque de uno caufo ad alium. Vi dictum est. Neque obstat textus in cap. super eo, de cognit. spirituali, vbi videtur p̄cipi Episcopo consuetudinem ipsarum metropolitanarum Ecclesiæ, vel aliarum circumpostarum inquirere, & diligenter imitari: tum, quia hoc non videtur iniungi ex præcisa obligatione, sed ex aequitate: tum & præcipe quia illa inquisitio, & investigatio consuetudinis metropolitanarum Ecclesiæ, vel vicinarum ciuitatum sit ad inuestigandam consuetudinem propria Ecclesiæ, quæ ignorabatur; quare consuetudo vicinarum ciuitatum, vel metropolitanarum Ecclesiæ non obligat suffraganeum, quia est metropolitanæ Ecclesiæ, vel ciuitatum vicinarum; sed quia presumitur eadem esse consuetudinem in propria Ecclesiæ, licet ignoretur. Ut autem plene cognoscatur, (ait Pontifex) confundens esse vicinos Episcopos, & maximè metropolitanarum: an, inquam, consuetudo sua Ecclesiæ, sit consuetudo communis totius dicesis, sic explicat Salas supra num. 7.

### S. I. I.

#### Qua ratione consuetudo abrogat legem præexistentem, qui est secundus effectus consuetudinis.

- 1 Consuetudo legitime præscripta abrogat legem.
- 2 Quid intelligitur de lege præcipiente. & penali.
- 3 Potest consuetudo abrogare penam legi, manente legis obligatione.
- 4 Potest consuetudo contra abrogare legem manente obligationem ad penam.
- 5 Potest abrogare legem irritantem.
- 6 Quid dicendum de lege prohibente consuetudinem contrariantem! Proponitur ratio dubitandi abrogari non posse.
- 7 Proponitur distinctio Suarez, & aliorum, sed non admittitur.
- 8 Lex improbans consuetudinem per generalia verba, non solum de consuetudine præterita, sed etiam futura insiguntur.

9 Proponitur obiectio, & solvitur.

10 Si lex improbat consuetudinem, ut re publica inconveniens, non potest aduersus illam consuetudo praualeat; nisi res ita sustentur, ut prudenter possit legislator eelle legi derogare.

11 Potest consuetudo praualeat aduersus legem versantem circa sacramentalia.

12 Aduersus in genitiva communis sententia tenet consuetudinem praualetere non posse.

13 Contraria probabile est.

14 Aliqua notantur in huic probabilitatis confirmationem.

1 Tunc communis sententia consuetudinem rationabiliter, & legitime præscriptam efficaciam habete abrogandi legem, seu tollendi eius obligationem, ex cap. vii. de consuetud. & lib. quibus, 1. sed ea, ff. de legib. neque opus est in remanenta auctores coegerare. Ratio est, quia ab bonum commune, & rectam re publica gubernationem pertinet, ne Principis suis legibus adiungat populum dum carum observatione repugnante; sed potius connuat & consentiat consuetudini à populo introducta. Ergo ex huiusmodi consensu efficaciam habet consuetudo tollendi legem.

2 Ad plenam tamen intelligentiam huius communis sententie, aliquid expedienter sunt difficultates. Prima est, an ieiunilagius lapidat doctrina: non solum de lege præcipiente, sed etiam penali, recta obligatione ad culpam; Et circa primum omnes affirmant consuetudinem praualeat posse aduersus qualibet legem positivam, quia potest esse rationabilis, & legitime præscripta: inquit circa legem penalem potest excogiti major convenientia, eo quod populus efficacius eius obseruationi repugnat potest.

Circa secundum vero Castro lib. 2. de lege pen. cap. 2. alios referens existimat consuetudinem abrogate non posse penam legie impositam, nisi simul abrogat ipsam legem, seu eius obligationem. Moutur, quia faciens contra legem committit culpam; ergo adiungit penam, quia potest ei proper culpam. Ergo consuetudo non potest abrogate penam legis, manente legi obligatione.

3 Nihilominus dicendum est posse consuetudinem abrogare penam non solum secundum à iudice (de hac enim nullus dubitat) sed etiam ipso iure latam, manente legis obligatione, sic docuit Nauar. comment. de regulis, num. 9. & in summ. c. 27. num. 106. Suar. lib. 7. cap. 19. num. 1. Salas disp. 19. sed. 9. num. 76. cum Panorm. cap. 1. de traga, & pace. Sylvest. consuetudo, quist. 3. & ii. Azo, tom. 1. lib. 5. cap. 18. quist. 10. Ratio est manifesta, quia est transgressio legis debetur pena, sed non debetur hæc pena determinata, cum poterit alia imponi, vel tenui arbitrio iudicis imponenda. Ergo optimè potest consuetudo penam abrogare manente legis obligatione. Et confirmo. Nemini dubium est posse Principem abrogate penam in lege positam, manente legis obligatione; sed quod fit lege expresa, fieri potest consuetudine. Ergo. Item Extravag. 1. de rebus Ecclesiæ non alienand. & in Clement. ambitio, vob. tit. & in aliis multis decretis, varie penæ sunt impositæ, qua iam vlt. et flunt, manente legis obligatione, ut testatur Nauar. cap. 27. num. 150. Suarez, & Salas supra. Ad fundamentum contrarium respondeo, violantem legem committere culpam, & penam obnoxiam esse, non tamen hæc penam determinata, sed arbitrio iudicis relinquiri.

4 Secunda difficultas est è contra, an consuetudo possit abrogate legem obliquam, manente obligatione ad penam.

Respondeo breuiter posse, nisi penalis conditionis sit, ut culpam presupponat: sic tradit Salas disp. 19. de legib. cap. 9. num. 77. cum Nauar. in c. 16. quist. 1. num. 107. considerat. 3. Suarez lib. 7. cap. 19. num. 12. Ratio est, quia dari possunt leges penales, quae solum ad penam obligent, non ad culpam propriam. Ergo etiam consuetudine hoc ipsum introduci potest. Dico, nisi penalis talis conditionis sit, que culpan propriam supponat, quod dixi propter censuras, que nunquam imponunt nisi coniugibus, & inobedientibus Ecclesiæ, ac proinde culpan propriam committentibus.

5 Tertia difficultas est de lege irritante, an, inquam, consuetudo possit abrogate huiusmodi legem?

Respondeo posse, quia per legem id fieri posse nemo dubitat. Ergo etiam per consuetudinem fieri potest, que loco legis succedit. Item potest inveniri causa honestans legem, que derogat priori irritanti, ut de facto à Trident. factum est in variis impedimentis matrimonij inter antiquo positis. Ergo etiam potest inveniri causa honestans consuetudinem, que simili legi derogat sic docuit Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 4. n. 11. & 14. Suarez lib. 7. cap. 9. n. 14. Salas disp. 19. sed. 10. n. 7. 78. Basilius de Leon. lib. 5. de matrim. cap. 4. n. 6. & alii plures ab eisdem relati. Ex qua resolutione inferunt superdicti Doctores, posse consuetudine introduci impedimenta matrimonij irritantia & invenire iure humano aboliri. Neque obstat textus in cap. quod

qua super his, de consanguinitate, in fin., vbi Pontifices cauerit ne iacta gradus prohibitos matrimonium contrahatur, & presumptores Ecclesiastica distinctione puniendos esse, non obstante confuetudine, qua dicenda est corruptela. Loquitur enim de confuetudine non legitimè prescripta, haec enim non habet vim legis abroganda; secus veto de confuetudine rationabilis, & legitimè prescripta, quæ esse potest, etiam à principio reprobusa fuit, ut statim dicemus.

6 Quarta difficultas est de lege prohibente confuetudinem contrariam, an, inquam, abrogari confuetudinem possit.

Ratio difficultatis est, quia prohibens confuetudinem futuram, prohibet illius efficaciam, alias nullius effectus erit taliter prohibito: qualiter enim legе prohibetur actus illi contraria, ac proinde prohibetur introduci confuetudo facta. Ergo si spectat confuetudo prohibetur introduci, de confuetudine iure, seu de efficacia confuetudinis intelligenda est prohibicio. Et confirmo. Confutatio vi tua non habet authoritatem denegandi legi, sed ex contentu, & voluntate legislatoris: at legislator expressè manifestat se nolle confuetudinem huius legi praeferere, ergo nullo modo praeualeat. Confutatio secundo à limiti ex prescriptione, si enim legе prohibeat prescriptio nem aliquius rei, vel saltem infra tempus quadraginta annorum: tunc aduersus talen legem vel omnino non prescribitur, vel non, nisi tempore quadragenario, idque esto interuenient bona fides & titulus, ut constat ex Libri lex, sive uscap. vbi dicitur, ubi lex tollit prescritionem, non prescribatur, itaque optimè Molin, tom. 1. de inst. tract. 2. disp. 77. fine. Salas disp. 19. sect. 7. num. 70. & alii, sed cum lex prohibet confuetudinem introduci, prohibet, ne per aliter contorta legem, Ergo talis confuetudo nullam vim, & efficaciam habere potest. Et tunc Molin, Salas ibi, & alii inveni apud ipsos, & quod Azor 1. part. libr. 6. cap. 17. quæst. 10. Bonacina disp. 1. 1. punt. vbi §. 3. proposit. 2. Couarr. 3. variarum, c. 13. num. 3. & 4.

In hac re Suarez lib. 7. c. 7. à num. 2. & c. 19. n. 18. & Salas disp. 19. sect. 7. n. 71. distinguunt inter legem prohibentem introduci confuetudinem, & inter legem improbatam illam sicutim aduersus legem prohibentem confuetudinem futuram, praetribi posse confuetudine; secus vero aduersus legem improbatam confuetudinem, quia non obstante prohibitione confuetudinis, potest esse confuetudo rationabilis, & legitimè prescripta: at confuetudo improbat, ut irrationalis, rationabilis non potest. Ergo.

Ceterum supradicta distinctione vera quidem est, si quoties reprobarum confuetudis, reprobatur, ut d'lossa ratione, & contraria legi naturali, aut diuinæ, aduersus quam legem nulla confuetudo praeualeat potest. At quia non semper reprobarum confuetudo, ut si irrationalis, sed quia reprobatur, ut Ecclesia non confutetur conueniens, ideo existimo supradictam distinctionem necessariam non esse; sed idem esse dicendum de lege sic improbatam confuetudinem, ac de lege confuetudinem prohibente, quia si prohibet legislator confuetudinem, ideo illam prohibet, quia iudicat esse reprobatur, inconvenientem: cum enim iudicet legem latam conuenientem esse, necessario iudicare debet confuetudinem illi contrariam inconvenientem esse. Ergo in idem redit prohibito, & reprobatio confuetudinis inconveniens: & ita eodem modo loquuntur certi alii Doctores: ut videatur est apud Sanch. lib. 7. de marr. disp. 4. n. 14. Couarr. lib. 3. var. c. 13. n. 4. Basil. de Leon lib. 6. de maria. c. 6. n. 9.

8 Dicendum ergo est primò, si lex improbat confuetudinem per generalia verba, & indifferentia ad præteritam, & futuram confuetudinem, qualia sunt, non obstante contraria confuetudine, de vita confuetudine debet intelligi, quia est laus legis constitutio. Et videatur satis approbat ex cap. ad normam 3. de confuetud. vbi illis veribus, præmissa confuetudine non obstante, non solum comprehenditur præterita, sed etiam futura: & c. c. cum inter eod. vbi confuetudo non feruunt interdictum generale irritat, ad futuram confuetudinem extenditur, ut tenetur in supradicto cap. scilicet omnes Doctores, & tradit. Molin, tom. 2. de inst. disp. 79. & contentio Suarez in fin. referendum. Neque valeret dicere ideo extendi prohibitionem futuram confuetudinem, quia erat irrationalis, & discipilus Ecclesiastice contraria, quia tempore confuetudo prohibetur, ut irrationalis, hoc est, ut minus ratione consona, & aliquo modo disciplina Ecclesiastice, vel bono communione, sic tradunt innumerous referens Tisachel, de retract. in prefat. num. 8. & 19. Couarr. 3. variarum, cap. 13. num. 4. Burgos de Paz lib. 1. Tauri, num. 454. & num. 479. Casallos in suis quæst. præst. quæst. 704. Salas disp. 19. sect. 7. fin. Thomas Sanchez lib. 7. de marr. disp. 4. num. 13. alterius glossam in Clement. statuum, verbo confuetudini, de teat. affirmant ad solam præteritam confuetudinem illa verba se extenderet, neque improbat futuram.

9 Sed obiectio primò, improbat confuetudinem est quid odiosum. Ergo non est exceptenda, sed limitanda. Secundò quia illis verbis solum intendit legislator tollere confuetudinem contrariam sua legi: confuetudo autem, quæ nondum est,

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

non legi contraria. Ergo de illa lex non loquitur. Tertio, quia sepe legislator verbis claris confuetudinem futuram prohibet, ut si dicat, nolumus contra legem hanc aliquam confuetudinem valere. Ergo cum id non exprimit, confundens est solum præteritam confuetudinem improbat. Propter hanc Suarez lib. 7. de legibus, cap. 7. à n. 2. cum glossa in Clement. statuum, verb. confuetud. de elec. & alii Doctores existimat verba illa generalia, non obstante contraria confuetudine, solum ad præteritam confuetudinem se extende, neque futuram respicere. Sed reminenda est nostra sententia, ut communior. Et.

Ad primum dicimus reuocare confuetudinem, esse odiosum confuetudini: ut legi favorable; id est reuocatio excedenda non limitanda.

Ad secundum concedit solum confuetudinem existentem, contrariata legi formaliter; ut quia etiam futura ei contrariata potest, si introducatur id est lex cam præcepit, & impedit vult.

Ad tertium concedimus aliquando legislatorem verbis expressis, & claris futuram confuetudinem improbat; sed non obvide infetur, si verbis indifferenteribus procedat, non improbat illam, sed solum infetur non esse certum, & indubitatem improbat illam, ut concingit, cum verbis expressis improbat, at esse satis probabile illam improbat.

10 Dico secundò, quoties lex prohibet, vel improbat confuetudinem contrariam, ut inconvenientem reipublica, non potest confundere aduersus legem præualeat, nisi tes ita mutentur, ut prudenter possit legislator velle legi derogati confuetudine: sic tradit Sanchez in præf. num. 14. Nauari, comment. de spoliis, §. 15. n. 2. Couarr. 3. variarum, cap. 13. num. 4. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 17. quæst. 10. Salas disp. 19. sect. 7. sub n. 71. Suarez lib. 7. cap. 19. num. 21. & 24. Basilius de Leon lib. 6. cap. 6. num. 9. Bonacina disp. 1. quæst. 1. præst. vlt. §. 3. num. 37. Piotor patrem conclusionis mibi probat ratio dubitandi cum suis confirmationibus. Non enim existimare sufficiunt rationem reprobandi confuetudinem, ut dicit Suarez num. 22. Specialiter aduertere iudices, & gubernatores, ne permittrant vultum contrarium, satis enim hoc ipso legi aduertitur. Sed credo idem reprobare confuetudinem, ut viles non assumat aduersus legem intendeat enim legislator legem firmare, & roborare quoad potest: vider auctum confuetudine contraria posse infirmari, & destruiri; cauer sua prohibitione hanc defunctionem.

Secundam partem conclusionis sic probo, & explico: si enim res ita mutentur, ut prudenter possit legis aucta legi velle derogare, tunc confundere aduersus legem reprobantem confuetudinem præualeat potest, quod concingit, quando est a iuxta ratione bonum commune attingens, quo legislatorem latuit, cum legem tulit, vel quando denio se offerat, quam ipse exigitate non potuit. Tunc, inquam, rationaliter posset legislator legem suam abrogare. Ergo optimè potest contentire, ut per confuetudinem abrogetur.

Dices, non obstante illa ratione quæ denio se offerte, lex in suo robore persistere, & persistit etiam reprobatio confuetudinis illis contraria. Ergo non præualeat aduersus legem.

Reipondere legem in suo robore persistere, non enim ipso iure cessat lex, ut quamlibet rationem, qua sufficit, ut illam legislator mutet. At reprobatio confuetudinis, ut credo, non perficit, quia illa confuetudo, que denio introducitur, iam non est irrationalis, sicut à principio exigitata fuit, sed prius est rationi consona, & apta, ut legislator ei contentum praebat: quod probatur a simili ex l. si hominem 30. si mandari. vbi dicitur, generali procuratorem posse reuocare à dominio prius specialiter, si habuerit iustam causam renunciandi, hoc est, si habuerit causam novam, vel de novo cognitam, qua dominum præsumitur latuisse. Ergo similiter non potest obstat reprobatio confuetudinem esse reprobata, quoniam vires assunt aduersus legem noua causa superveniente, quo argumento vintur Sanch. innumeris relatis, lib. 7. de marr. disp. 40. num. 14. non longè à principio.

Quinta difficultas est de lege verante circa sacramentalia, an, inquam, hæc lex derogari confuetudine possit.

Respondeo posse, etiam à legislatore non cognoscatur talis confuetudo, quia in cap. fin. de confuetud. nullum darur fundamenum excipiendi confuetudinem aduersus legem sacramentalem, neque expostulandi scientiam principis de confuetudine. Item legislator sepe leges sacramentalium à se statutas mutat pro diuercitate temporum: ut videatur est in matrimonio, in ordine, Eucharistia administranda. Ergo confuetudo poterit id ipsum effici ex consensu legislatoris, & fauere videtur text. in cap. 1. de cognit. spirituali, & cap. super eo, cod. de rit. in postrema sui parte: vbi standum esse confuetudini Ecclesie dicitur principi, si confuetudo sit, que scandalum generat, hoc est, ex cuius violatione præsumitur scandalum generandum esse, si ergo confuetudo valeret introducere legem attingentem sacramentalum administrationem, à posteriori posteri legi latere derogare: & ita tenet Couarr. 4. de rite. 2. p. 6. § 10. num. 9. Sanch. plures referens lib. 7. de marr. d. p. 82. n. 20. Suar. lib. 7. de leg. c. 19. n. 26. Nauari. c. 22. n. 83. Salas disp. 19. de leg. sect. 5. n. 58.

N Neque

DE  
ASTRO  
PALA  
TONI.

Neque obstat Clement, *in de iure, & qualitate, vbi Clem. V. decernens, atatem seruandam in sufficiensibus ordines factos, dicit generaliter Ecclesia obseruantiam volentes antiquis iuribus in hac parte preferri, decernimus, &c.* Ergo signum est obseruantiam Ecclesia non derogare antiqua iura, siquidem indiguit haec speciali configuratione: verbum enim decernimus, nouum ius insinuat constitui, ut tradit ibi glossa, non declarat iam constitutum. Adeo particulam illam in hac parte, denotare illam obseruantiam, & consuetudinem Ecclesia velle Pontificem antiquis iuribus preferri, non tamquam obseruantiam, & consuetudinem. Non, inquam, obstat, quia Pontifex non ex speciali indigentia fitmandi consuetudinem illam, praeferit antiquis iuribus, sed ut clarius constaret praeferendam esse, eiique voluntatem esse sic preferri: cum enim posset Pontifex illam obseruantiam, & consuetudinem abrogare, sicut abrogavit consuetudinem sufficiendi ordinis extra quatuor tempora cap. 2. de temporib. ordinis, non solum hanc abrogationem noluit praeferre, sed potius illam consuetudinem, ut validè rationabilem approbavit.

*Sexta difficultas est de iure gentium, an possit consuetudo aduersus illud praevalere?*

Communis sententia negat: sic Panormit. c. vii. de consuetud. Rochus ibi scđ. 5. num. 16. Azor. s. 1. lib. 5. cap. 17. quađ. 4. Salas dis. 19. scđ. 6. n. 65. Mouentur, quia ius gentium est ius naturale, & aduersus ius naturale non datur praescriptio. Sed haec ratio nullius est ponderis, cum ius gentium à naturali distinguatur, ut confitetur ex his quæ dictum in principio huius tractatus. Quapropter ratio efficacia est, quia ius gentium ab omnium communitate introductum est, & acceptatum; sed ab hominum communitate nulla est facta lex de praescriptione aduersus illud. Ergo. Et confirmatio: vel consuetudo præscribens aduersus ius gentium est singularis, hoc est, aliquis regni vel provincialis est consuetudo omnium nationum, hoc leendum est fieri impossibile, quia impossibile videtur conuenire omnes nationes in consuetudine opposita iuri, quod est naturæ rationali maximè conforme, quodque à principiis naturalibus derivatur. Primum vero non videtur fas ad derogandum iuri gentium, etiam in illa prouincia, vbi est consuetudo: cum ob rationem dictam, quia nulla datur lex efficaciam præbens consuetudini aduersus ius gentium: & præcipue, quia consuetudo non potest habere vim aduersus ius gentium, nisi de consensu illius, qui ius gentium condidit, vel de consensu aliorum, qui fit illo superiori, inferior enim non potest legem superioris abrogare: atque condens ius gentium non tribuit hanc efficaciam consuetudini: Deus autem, qui solus est ille superior, non appetit hanc efficaciam conceplisse. Ergo ex nullo capite illam potest habere. Addit nullum speciem principem habere potestatem ferendam statuta contra iuri gentium, quia est inferior condente illud, quod tradit Bald. *s. de natura feudis. c. 1. & 3. qui feudum dare possunt. 1. s. vii. & Iason. id. l. quoniam. ff. de fluminis. n. repetit. n. 3.* Ergo neque potest consuetudini hanc potestatem trahere; quod enim sua lege expressa facere non potest, minus poterit tacita.

Verum fas probabile existimo & posse singularem principem aliqua statuere, in sua republica contraria iuri gentium, si ita expediens vobis fuerit recte reipublice gubernationi, & consuetudinem ipsam ex eiusdem principiis consenserit, id ipsum posse præfata. Quia habere principem hanc potestatem, videtur maximè conuenientem reipublice administrationem. Quare dicendum est illam habere ex tacita hominum concessione: si ius enim gentium dicitur illis hanc potestatem concedi debet, & ita tradit glossa in l. scđ. locis. ff. quemadmodum, seruit. amit. Suar. lib. 7. de leg. & c. 4. num. 6. consentit ex parte Azor. & Salas supra.

Ex his sit posse in aliqua prouincia consuetudine, vel statuto firmari, captiuos in bello non esse redigendos in servitum, sed relinquendos in libertate. Item potest introduci, si causa iusta, & communis subsistat, ut cives aliqui priuatum posselliobus suis, etiam non solito prelio à republica. Item ut vendant dominum, vel agnum, vel murio concedant, vel soluat unus pro alia pecuniam debitorum, & similia; quia licet de iure gentium sint, potest tamen consuetudo, vel statutum principis ob bonum sua reipublicæ aliter statuere. Adeo si haec omnia recte inspiciantur, nunquam iuri gentium sit derogatio: ius enim gentium nonquam obligabat captiuos in servituum redigere, sed id permiscebatur, dum contrarium à gubernatore reipublice non statuerat. Item ius gentium nonquam prohibuit priuationem dominii in particularibus ciuiis, si illa priuatione republie indigebat ad sui gubernationem, sed solum prohibuit priuationem nulla communis causa intercedente, & alias priuationes permittebat. Quapropter nonquam viderit consuetudo aduersus ius gentium direxere procedere.

### S. III.

De tertio effectu consuetudinis, qui est legem interpretari.

- 1 Claram est consuetudinem posse interpretari legem.
- 2 De interpretatione authenticâ, vel probabili, quomodo differant.
- 3 Item consuetudo interpretatione authenticâ requirit decennium, secus probabilitatem conictructuram.
- 4 An secundum consuetudinem, vel secundum legem debet indicare arbitrus, in quen est compromissum factum de iudicio ferendo secundum ius.
- 5 Secundum consuetudinem sunt regulandi contractus.
- 6 Judicium internum, & externum indicandum secundum consuetudinem.

**C**onsensit est omnium sententia, consuetudinem habere hunc effectum, & traditur sufficiens in l. minime, l. scđ. de interpretatione, ff. de leg. & c. cum dilectus, de consuetudine, ibi dicuntur, consuetudo est optimâ legum interpretatio. Ratio autem est manifesta: nam si consuetudo habet vim introducendi legem, & abrogandi institutum: à fortiori habete debet efficiaciam interpretandi illam, præcipue cum hic efficitur magis necessarius esse videatur, quam alijs; ex p. enim leges obcuras sunt & ambiguæ, tum in obligatione, tum in materia, ad quam te extendunt, neque legislator suam mentem declarans, concluduntur autem huiusmodi obcuritas, & ambiguitas tollitur. Ergo est maxime necessaria talis interpretatio.

Obseruantur tamen est duplicitet consuetudinem posse interpretari legem. Primum authenticam, & necessariam. Secundum conictructuram, & probabilitem. Quando consuetudo legem interpretat authenticam, ipsam interpretatio habet vim legis, & necessariam est feruenda, ut traditur in l. nam imperator. ff. de legib. ibi. in ambiguitatibus, quo ex legib. præscribitur, consuetudinem, aut rem. ergo similiter iudicatur autem auctoritatem, vim legis obcuras debere. Cum enim legislator legem à latum, alia denovo latere legem interpretari solet, quae interpretatio legenda est ut lex, quia verè est lex: ita consuetudo legitime præscripta eadem vim habere debet, quia pro lege interpretatur. Quoscum omnia que requirantur, ut consuetudo vim legis habeat, eadem, requirantur, ut legem authenticam interpretetur: quia in hac interpretatione legis rationem fortior. Verum si consuetudo interpretans legem non est legitime præscripta, tunc solum conictructuram, & probabilitatem legislatori mente interpretatur; sicuti Doctores solent leges interpretari: alioquin ratione, eo quod plures in vno contentantur. Quapropter ad hanc interpretationem faciunt, tam consuetudo subsequens legem quam antecedens dereliquerit potest, ut recte dixit Suar. lib. 7. c. 17. num. 3. cum glossa in cap. nonnulli, de rescript. Bart. in l. omnes populi. ff. de iustitia. ex iure, & Panormitanus in cap. certificari, de sepulcris, quia lex non intelligunt derogare consuetudini, nisi id expressè caueatur, in modo potius secundum consuetudinem solerint.

Notanda tamen est differentia inter consuetudinem interpretationem, coniecturalem, & authenticam. Nam authenticam, quia vim legis habet, expostulat tempus decennium ad sui valorem: at coniecturalis quia eam non habet auctoritatem, minori tempore contenta est. Quapropter dicit Menochius lib. 2. de arbit. centur. 1. cap. 83. numer. 12. si agitur de consuetudine interpretationi, posse iudicem alium eam satis stabiliter parvo tempore, quia temporis diuturnitas in his non requiritur intelligere ad probabilitem, & satis efficacem coniecturam faciendam. Excipit ipse Menochius cum aliis, nisi sit consuetudo interpretationis contra iuris communis dispositionem, intelligere clarissimum enim, dum non est consuetudo præscripta, corrupta est, non consuetudo ac præceptum non debet mouere iudicem ut legendum illam sententiam ferat.

Ex qua doctrina sit facis illi questioni, quid debet facere index arbitris, in quem compromissum partes, ut secundum iuris sententiam facta, si aliud lex aliud consuetudo habeat? Et dicendum est, dum consuetudo legitime præscripta non est, secundum legem debere iudicare: at si consuetudo præscripta est, quia habet vim legis abroganda, secundum illam ferenda est sententia. Neque obstat compromissum esse factum, ut secundum iura deinceps sententia, quoniam dari possit secundum consuetudinem præscriptam, quia consuetudo præscripta ius est, & sub iure conuenit, & à iure imperante sententi: sic ex Panorm. & Syju. notatur Salas disp. 29. scđ. 13. num. 104.

Fit secundum, secundum consuetudinem introductam reglandos esse contractus, quia secundum illam intelliguntur facti, nisi aliud fuerit expressum. temp. stipulacionis. ff. de regulis iuris, quod si notarii, qui assunt, ff. ad additio editio. Salas disp. 29. scđ. 19. sub. n. 103.

Fit

6 Fit tertio, regulandum esse tam iudicium internum, quam exterrum secundum consuetudinem introductam, quia iudices debet secundum leges iudicare, sed nulla firmor, & solidior illarum interpretatio esse potest, quam ea, quae per consuetudinem habentur. Ergo debet secundum illam iudicare.

## §. IV.

De quarto effectus consuetudini, qui est irritatio.

- 1 Vm habet irritandi consuetudo.
- 2 Aliqu limitans, ut procedat ex scientia Principis, sed non admittitur.
- 3 Debet esse mixta laicorum, & Ecclesiasticorum, qui sentiantur.
- 4 Neque hoc limitatio approbat.
- 5 Alij limitant, ut procedat in consuetudine, que scandalum generat, si non obserueretur.
- 6 Non admittitur limitatio.

**C**onstat ex sumpliciis in difficultate tercia, consuetudinem vim habere derogandi legem irritantem si rationabilis, & legitimè præscripta. Ergo etiam habere potest vim introducendi legem aliquam irritantem, quia non minorem autoritatem requirit ad abrogandam legem, quam ad legem introducendam: & cum haec omnia ex confessu Principis pendat, sicut potest consuetudini vim dare abrogandae legis, potest etiam dare illam contiueniendi. Quod autem sic factum sit, constat ex cap. fin. de consuetud. & l. de quib. fidei legibus, vbi cuiuslibet consuetudini rationabili, & legitimè præscripta datum potest legalis, neque ibi sit aliqua limitatio. Addit, consuetudine redditor quis inhabilis ad beneficium, e. cum oīm de clericis emigrauit, & reddi potest inhabilis ad matrimonium contenendum, cap. super eo, in pofcripta suis partes de cognatis, spirituali, item, & ad electionem, e. cum Cumania, de elect. cap. cum Ecclesiis de causa pofcript. & propriet. Ergo iam consueludo legem irritantem inducit potest, & ita tenet innumerous referens Sanchez lib. 7, de matr. disp. 4, n. 11. Suan. lib. 7, cap. 16, num. 4. & 19, n. 34. Salas disp. 19, cap. 10, n. 86, iuncto n. 84.

2 Limitant ramei aliqui primò supradictam doctrinam, modo adit scientia Pontificis de tali coniunctudine. Verum, ut recte Sanchez Salas & Suan. supra, haec limitatio non est necessaria, quia in supradict. cap. fin. de consuetud. & l. de quibus, nulla mentione fit hucus scientia, sed in eis enim ibi pertinet consuetudinem esse rationabilem & legitimè præscriptam, hoc est, durante tempore necessario ad præscriptionem, talique consuetudini autoritas legis tribuitur. Neque obstat introducendis consuetudinem iactores esse Pontifice, quomodo possint legem Ecclesiasticae irritantem matrimonium, electionem, & alios contractus introducere, quia non vi sua, sed ex Pontificis consentio dato in expedito consuetudin procedunt.

3 Limitant alijs secundo in consuetudine irritante matrimonio, seu induceente impedimenta irritantia, ut talis consuetudo mala sit laicorum, & clericorum: sicut dicitur Sanchez lib. 7, disp. 4, n. 11. I. rea fons, cum Couart. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 10, num. 18. Ludovicus Lop. 2. 9. instruc. de matr. cap. 4. col. 5. §. deinde dubitatur, quia in legibus Ecclesiasticis non possunt laici. Ergo coniunctudo laicorum præcise non valebit impedimenta matrimonii flatere. Quia ratione coniunctudo Gallicana allegata in cap. de poni alibi non obstat valori matrimonii, quia etiam a laicis, & non a clericis introducita, sic Sanchez supra, cum Antonius in supradict. cap. 7, & 8. Abbas num. 6. Alexand. de Nauo num. 10. 11. 21, 22. Felino num. 1.

4 Sed neque haec limitatio necessaria est, ut docet Salas disp. 19, cap. 10, num. 86, quia laici abesse clericis introducere possunt consuetudinem Ecclesiasticam, si ad laicos pertinet materia consuetudinis, quia non introducunt ex authoritate, quare ipsi habent a le, sed ex confessu Pontificis, ut videtur est in ieiunis, & festiuitatibus; confessus vero Pontificis applicatus illis, quibus coniunctudo consuetudo: at constitutio matrimonialis laicis constituit, etio eius cognito ad Ecclesiæ forum specter, cap. tuam, de ord. egen. Ergo possunt laici consuetudinem in hac materia introducere. Neque obstat textus relatus in cap. 1. de spoualib, quia illa consuetudo forte non erat rationabilis, & legitimè præscripta: tum & præcipue, quia non erat de subtilitate matrimonii, sed de quadam solemnitate accidentali, ut explicat glossa, & alijs relati a Salas supra.

1 Tertio alijs limitant, ut consuetudo, quae has vires obtinere debet, fecum fecit scandalum, id est, eius violatio scandalum generat. Couart. Ludovicus Lop. Henricus relati à Sanchez lib. 7, cap. 4. num. 7. Monstrant ex cap. 1. de cognatis, spiritu, & lib. 11. n. 11. consuetudine Ecclesiæ, que scandalum generat, alteri si bakers vocatur. Vbi coniunctudo scandalum generat, i. h. efficacia introducti scandalum non generet.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

5 Sed neque haec limitatio admittenda est: nam etiam si nullum sequeretur scandalum ex violatione talis consuetudinis si confundendo est rationabilis, & legitimè præscripta, hanc efficaciam habebit, ex cap. fin. de consuetud. Econtra vero, si rationabilis non est, aut non est legitimè præscripta, etiam scandalum ex eius violatione sequatur, scanda non exit. Quia propter non scandalum, sed consuetudini rationabili & legitimè præscripta haec efficacia tribuenda est. Illa autem verba Pontificis solum indicant id, quod communiter accidit; consuetudo enim legitimè præscripta, & rationabilis scandalum generat, si non obstatetur. Addit Pontificem ibi vele consuetudinem tollere, nisi scandalum inde sequatur. Quapropter timore scandalii ducitur ad approbadam illam consuetudinem, & relinquentiam in sua vi, iuxta cap. quod dicitur, de consanguinitate, & affinitate. ibi. Unde in hac parte consuetudis duximus multitudinem, & obseruantia consuetudini deferendum, quam aliud in discussionem. & scandalum populi statuerendum, quodam adhibitis nouitate. Sic Sanchez supra n. 11. post medium, Salas disp. 19, sect. 10. n. 85. Suan. lib. 7, cap. 16, n. 7. Baill. de Leon. lib. 6. de matr. cap. 6. num. 10.

## P V N C T V M . V.

An consuetudo mutari, abrogari que posse, & quaratione.

D

upliciter mutari, seu abrogari consuetudo potest. Primum, tege expressa. Secundum, alia consuetudine.

## §. I.

De abrogatione consuetudinis per legem.

- 1 Porest lege consuetudo abrogari.
- 2 Nulla lex abrogat consuetudinem, nisi consuetudini contraria sit.
- 3 Lex uniuersali abrogari consuetudo uniuersalis potest.
- 4 Lex uniuersali non confutat derogata consuetudo alicuius loci neque statutum.
- 5 Explicatur text. in c. univ. de fendi cognit.
- 6 Leges speciali facta à Princeps pro aliquo prouincia, probabile est non derogari illius prouincia consuetudinem nisi lex continet classulam derogatoriam.
- 7 Qualis debet esse coniunctudo, ut non confutetur lex illam abrogare? Probabile est Suarez intelligi de consuetudine præscripta, & qua tendit ad præscriptionem.
- 8 Probabilis est de sola consuetudine præscripta esse intelligendum.
- 9 Sacra fundamenta n. 7, adductis.
- 10 Sub clausula revocatoria generali consuetudinis, non venit immemorialis;

**I** Post consuetudinem rationabilem, & legitimè præscriptam lege expressa abrogari, nemini esse potest dubium, cum si expressa dictio texsis cap. 1. de constitutione in d. c. cum consuetudinis, de consuetudine. Ratio est clara, quia tota consuetudinis vis, & efficacia à legislatori voluntate salvo tacita pender. Ergo si legislatur ei refutat, nullam vim, & efficaciam habebit. Addit, consuetudine non arctari potestate in superioris, ut non possit corporarium disponere, si videat conuenire; cedentes enim in periculum communiat. Denique legem à se latam potest superior abrogare alia lege, & constitutione. Ergo & consuetudinem, quae prolege suscipiat. Explicandum tamen est quando id fieri cenieatur ut.

**2** Dico primo. Nulla lex consuetudinem abrogat, nisi clavis ex diametro illi contraria sit; quare si obseruantia consuetudinis compati potest, etiam ad hunc effectum verba legis restringenda sit, non debet consuetudo abrogata. Ratio est manifesta, quia iuriis correctione vitanda est, quoad fieri potest, ex l. p. accepimus C. & appella. Sed consuetudo legitimè præscripta, p. ius quoddam est. Ergo. Item leg. flator in statuenda lega motibus subditiorum censendus, est potius se accommodate, quam refutare, ex text. in c. e. utrum lex diff. 4. ibi secundum patria consuetud. sic omnes Doctores.

**3** Dico secundum, legi uniuersali abrogari consuetudinem, quæque uniuersalem illi oppositam, etiam illius non fuisse facta mentio, neque lex habuerit clausulam derogatoriam: & hoc siue lex procedat à supremo Princeps, qualis est Pontifex, aut Rex, siue ab Episcopo, aut gubernatore ciuii: quicunque enim sit, qui legem voluntalem comprehendentem totam suam dictioem instituit, eo ipso & consuetudine illi oppositam abrogat. Est communis sententia, quam tradidit Panormit. cap. fin. de consuetud. num. 24. Azor. tom. 5. liber. 5. cap. 16. quest. 7. Bonacina disp. 1. d. legib. quæst. punct. v. §. 3. num. 39.

N 2 Salas

Salas disp. 19. sect. 1. 3. num. 9. 8. Suar. lib. 7. cap. 20. n. 7. Reginald. Prax. paenitent. lib. 13. num. 24. 7. ad finem, & alij ab eisdem relati; & sumuntur aperiti ex cap. 1. de confuetud. in 6. vbi folium singulatum consuetudines censentur exceptae à generali lege. Ratio est, quia confuetudo viuentalis non praesumitur ignorata à Princeps, ut dicitur in supradicto c. 1. Ergo cum legem illi contraria statutis subintelligatur velle illi derogare.

4 Dico tertio, legi viuentali non censetur derogari consuetudo aliquius loci, neque statutum ius commune non continens nisi talis statuti, aut consuetudinis fiat mentio specialis, vel saltem in genere apponatur clausula derogatoria eiusdem consuetudinis, autem contraire, si supradicti Doctores, & constat ex dicto cap. 1. de constitut. in 6. vbi redditus ratio conclusionis, quia pontifex, vel alius Princeps, specialium locorum consuetudines, & statuta ignore probabilitate censer. Ergo censetur nolle illis derogare, præcepit, cum derogatio consuetudinis iuri communis obstat ex l. minime ff. de legi. Et in hoc sensu est verum illud axioma. *Confuetudo Principum leges, & rescripta sive facit, quod probat ex aliis Menoch. ad arbit. lib. 1. quæst. 7. 1. numer. 9. vbi dicitur, si aliqui committatur à Princeps potestas iudicandi, semper intelligitur, falsa consuetudine, præcepit municipaliter. Item si mandaret Rex proprio exercitu compellere debitorum, quoconque modo sibi visum fuerit, nunquam censetur velle derogare consuetudini, & legi municipalis in exigendis tributis. Ergo signum est statuta, & consuetudines municipales legi viuentali non derogari.*

5 Ex his facile intelligitur textus in cap. viuentali, defendi cognitione, vbi Oberitus filio suo Anselmo scribit: *Legum Romanorum nom est viuis auctoritas sed non aetate vim suam extendunt ut usum vincant, aut mores. Intelligentius, inquam, est textus, leges Romanorum non vincere vim, aut mores particularium, propinquium, cum viuetales sunt, vel non vincere vim, aut mores titulo praescriptionis comparatos. Nam quod dicit Cuiac, in supradicto text. leges Romanorum non vincere vim, & mores, si sint in contradictione iudicio confirmati, optimè refellitur a Vafq. disp. 177. num. 63. eo quod qualibet consuetudo quantumcumque in contradictione iudicio firmata sit, potest abrogari lege iuperueniente. Quod vero ipse Vafq. & Salas disp. 19. sect. 7. num. 7. dicunt textum intelligentem esse consuetudine Longobardorum, & facere hunc sensum, leges Romanorum, licet apud Longobardos authoritatem non legem habenter, qui ex parte seruantur, non tamen aedico vim suam extendent, ut vim Longobardorum vincerent, aut mores, sufficiat posse, nisi textu videatur obstat, qui non de qualibet consuetudine, sed de consuetudine feudali loquitur; quam consuetudinem sive fit Longobardorum, sive Romanorum, non abrogant leges, ut docuit Bald. ibi, & constat ex illis verbis text. iudicium de feudi etiam legibus nostris contrarium dicit. Neque etiam mihi probatur, quod dicit Suar. lib. 7. c. 20. num. 4. leges viuetales non vincere consuetudines proprias in materia feudorum, nam vel intelligi leges viuetales loquentes de feudi non vincere consuetudines specialium locorum, & propinquiarum. & si hoc dicit, nobiscum conuenit, vel intelligi leges viuetales non loquentes de feudi, neque oppositas consuetudini feudali, non habere vim aduersus consuetudinem; & sic nihil speciale dicit. & sententiam suam concineret: præterquam quod expresti textu opponitur, siquidem dicit, iudicium ius de feudi etiam legibus nostris contrarium dicit. Ergo signum est consuetudinem, in qua iudicium illud fundabatur, contraria esse legibus.*

6 Dico quartum, legi speciali facta à Princeps superiori. v. g. Rege, aut Ponifice, pro aliquo cuiusate, vel prouincia sua conditionis, probabile est non derogare consuetudinem illius prouincie, nisi expresti apponatur clausula derogatoria: sic Suar. lib. 7. cap. 20. numer. 15. Emanuel Saa verbo lex. num. 19. Bonac. disp. 1. quæst. 1. punct. vñl. § 3. num. 42. Ratio sumunt ex supradict. cap. 1. de constitut. in 6. ibi non enim censetur derogari consuetudo speciali generali legi: quia praesumitur Princeps ignorans talis consuetudinis. Sed idem fundamentum ignorantiae est sive legem viuetalem, sive specialiem statuere, & invenire, neque enim ignorancia fundatur in eo, quod Princeps non potest omnibus sui imperiis patribus assister, neque pro variate negotiorum, & multitudine occupationum omnia singularia cognoscere. Neque obstat legem illam reddi frustream, & inutilem, ut pote quæ neminem ligat, quia hoc est per accidens ob consuetudinem ignorantiam. Adeo dici non posse esse frustream, & inutilem, quia vere obligant illa subdicti, esto illius obligatio suspendatur, dum ad legislatorum accedunt, & ceterorum factorum de consuetudine contraria: quod autem illa obligatur, patet: quia certius factus legislator de consuetudine, non renevit legem de novo statuere, & publicare. Ergo antea erat lex, ac proinde obligacionem inducebatur, estu excusatorem subditum consuetudine contraria. Ex qua doctrina inferitur: idem esse dicendum de statuto facto ab aliqua ciuitate, vel populo, ad cuius valorem Princeps consensus requiritur, neque tale statuum non derogare consuetudinem contraria, nisi Princeps conscius fiat talis consuetudinis detractionem.

gandæ, forte enim si sciret consuetudinem, non præstare consensum statuto derogatorio; ac proinde ignorantia consuetudinis, cui opponitur statuum, reddit consensum invalidum: sic docet Suarez libr. 7. de legis cap. 20. num. 8.

7 Sed inquires primò, qualis debeat esse consuetudo, vt lex non censetur illam abrogare ex præcita positione legis, sed addenda sit clausula derogatoria: an, inquam, debeat esse consuetudo præscripta, vel sufficiat ea, que rendit ad præscriptionem?

Suarez libr. 7. cap. 20. num. 12. probabiliter censet non esse restringendam regulam illam, cap. 1. de constitutionibus, in 6. ad solam præscriptam consuetudinem, sed posse extendi ad qualibet aliam rationabilem, & honestam, & tanto tempore firmatam, vt possit Princeps pro illa legem ferre. Mouetur primò, quia in supradicto cap. folium mentio fit de rationabilis consuetudine, nihil de conditione prescriptions. Ergo non est nobis talis conditio expostulanda. Secundò, quia ex semper presumiti ferri iuxta consuetudinem patris, & non econtra. Ergo Tertio, quia si sciret legislator tacem consuetudinem, forte contrarium disponere, vel saltem a legi absinete. Ergo ex presumpta voluntate legislatoris non derogat eius lex tali consuetudini.

8 Factor his rationibus merito motum esse doctissimum Suarez, judicare probable de virtute consuetudine, præscripta scilicet & non præscripta intelligendam esse regulam cap. 1. de constitut. in 6. Verum esti hoc probabile fit, probabilius tamen existimo de sola consuetudine præscripta intelligendam fore. Mouetur, quis consuetudo, que præscripta non est, non est, ius, neque facultatem tribuit illa viendi, vt constat ex superioribus, & omnes admittunt. Ergo illa excusat non possunt subiti à legi obfervatione. Secundò, sola consuetudo præscripta præualeat aduersus legem latam. Ergo sola illa impedit obligationem legis ferenda. Tertiò, derogatio proprie est alius iuris, & facultatis: at ex consuetudine non præscripta nullum resultat ius. Ergo nulla indiget derogatione talis consuetudo. Quatuor, consuetudo introduci non potest resistente Princeps, at qui legem contraria invenit, refutat eius introductionem. Ergo Quinto, impedit legem consuetudine res est odiola, & in legislatori detrimentum. Ergo non debet extendi ad omnem consuetudinem. Sexto, consuetudo est stricti iuri stricteque est interpretatione: vt tradit Rota in nouissim p. 2. apud Fatin. de cis. 112. num. 4. Ergo sola præscripta debet oblati legis efficacia, quia sola haec est, que propriè dicitur consuetudo, & in hanc nostram sententiam erudit probat Mafcard, de probatione, verb. consuetudo, concl. 423. numer. 17. vbi dicit se, cum verba facit de consuetudine, intelligere de præscripta, iuxta gloriam in cap. mos. 1. dñs. ex textu ibi, & tradit Bald. in cap. 1. de feudi cognit. col. 1. vbi inquit, quod dicitur de consuetudine, intelligitur de præscripta, nam antequam sit præscripta, non dicitur consuetudo, sed voluntas inducendi consuetudinem. Item applicatione consuetudinis venit intelligenda propria consuetudo, quia solum dicitur, cum præscripta est, vt tradit alios referens Mafcard, supra.

9 Neque obstant fundamenta contraria Concedo, inquam in supradict. cap. solum fieri mentionem consuetudinis rationabilis, sed non obinde censetur debere esse legitimè præscriptam, immo potius hoc supponatur, quia de derogatione illius erat sermo, & non est derogatio, nisi vbi est ius quæsum. Addo solo illo verbo rationabilis videri exclusam consuetudinem non præscriptam. Nam positiva legi, & valore illius, iam illi consuetudo censenda non est rationabilis, quia bono communis non ex-pedit.

Ad secundum dico, legem semper presumit ferri iuxta consuetudinem recipiat patris; non tamen iuxta consuetudinem non receptam, de hac enim non curat legislator.

Ad tertium æquum dubium, & contingens est. legislatorem censare ut legis institutione, ac illam ferre, si censetur consuetudinem inchoatam, sape enim concurrit his initis refutare, & contrarium dispendere.

10 Inquires secundò, an sub clausula generali renocatoria consuetudinis comprehendatur consuetudo immemorialis, vel longissimi temporis?

Rerpondeo cum communi sententia non comprehendi, etiam dicatur, non obstante quacunque consuetudine, sed debet addi immemoriali, vel ali quid simile: sic Tiraqu. de virro retraff. trahit. § 1. glossa 2. numer. 25. Courat. lib. 3. var. cap. 13. n. 5. Suarez lib. 7. cap. 20. n. 8. Bonac. disp. 1. quæst. 1. punct. vñl. § 3. numer. 43. Salas disp. 19. sect. 11. sub num. 95. circa finem, explicans Eman. Saa. Ratio est, quia pro consuetudine immemoriali titulus iustus præsumitur, consuetudo enim immemoriali habet vim iustus præsumitur, consuetudo enim immemoriali, ut renevit legem de novo statuere, & publicare. Ergo antea erat lex, ac proinde obligacionem inducebatur, estu excusatorem subditum consuetudine contraria. Ex qua doctrina inferitur: idem esse dicendum ex clausula generali derogante consuetudinem. Ergo.

Et confirmo argumentum à simili de præscriptione, qua si immemorialis fuerit, non confertur exclusa, cum præscriptio generaliter excludit, quod constat ex l. 3. § datus aqua, s. de aqua quodid. & siuia.

## S. II.

De abrogatione consuetudinis a la consuetudine.

1. Posse abrogari non est dubium.
2. Dicit cōsūrto abrogans contraria esse præxistenti, & quomodo hoc cōsūrget;
3. Proprius quādam obiectio de tempore requisito ad consuetudinem, maximē Ecclesiastice abrogandam.
4. Affi mar Suarez esse quadragezarium.
5. Probabilis defensio decennium sufficere.
6. Qui non ius cōsūrget legem abrogare.

**R**es est indubitate consuetudinem abrogari consuetudine posse, siue lex abrogari potest alia lege: colliguntur ex l. pac. nullissima Cod. de part. & l. 2. Cod. de iusprud. & t. 2. t. 2. M. etiis tract. ac legib. p. 2. q. 1. n. 5. Suar lib. 7. ca. 10. p. 19. saec. 15. f. 1. 13. n. 29. Bonac. disp. 1. q. 1. p. 1. c. 1. l. 3. n. 4. & omnes.

2. Ut autem consuetudo subsequens hanc vim habeat abrogandi præxistentem, primo debet illi contraria opposita, quae si consuetudo est in iuris, abrogari debet alia iuriuersali: particulari autem abrogari non potest iuriuersalis, nisi in loco in quo cum generali habuerit oppositionem. Ratio est quia consuetudo non introducit ius, nisi iu. & fact. Ergo non potest contrarium ius introduce, nisi ius & facta contraria sint. Secundo requiriatur in consuetudine derogatoria idem tempus, quod coniuncto præxistentis requiriatur ad sui constitutionem: nam cum virtute habeat vim legis, & eius efficacia funderit, in cap. ult. de consuetud. & l. de quibus. ff. de legi & ibi nullum diuersum tempus consuetudini derogari legem scriptum, & derogari consuetudini affligetur, efficit idem esse affligendum.

3. sed obiecto, consuetudo præxistens in materia Ecclesiastica, si fuit præter ius decennio, habebit vim obligandi: ac abrogans illam consuetudinem requirit tempus quadragezarium, quia procedit contra ius per consuetudinem stabilitam. Ergo non expostulatur idem tempus in consuetudine abrogante, ac in consuetudine abrogata. Item, si consuetudo prius fuit contra ius commune, indiguit quadragezarium tempore ad ius præscriptionem, ut teneret colimniorum sententia. At si haec consuetudo non fuit iuriuersalis, sed particularis, decennio abrogari potest: quia consuetudo abrogans non procedit contra ius commune, sed potius redit res ad terminos iuris.

4. Propter haec Suarez lib. 7. cap. 10. num. 21. censet in materia Ecclesiastica regulatiter consuetudinem abrogantem semper requiri quadragezarium tempus. Nam si consuetudo abrogata erat iuriuersalis, ius per illam erat constitutum; si est particularis, & non opposita iuri communi, etiam consuetudo ius. Ergo consuetudo abrogans contra ius procedit. Ergo requirit tempus quadragezarium. Solum autem cœlest probabile decennium sufficit in consuetudine abrogante particulari consuetudinem ad iurum iuri communi, oblationem dicam? quia talis consuetudo abrogans non procedit contra ius commune, sed res reducit ad terminos illius.

5. Nihilominus de omni consuetudine legali istinenda est ut probabilior, nostra locutrix, idem tempus esse necessarium ad abrogandam consuetudinem consuetudine, ac fuit requisitum ad illius introductionem: cum autem ad introducingam consuetudinem, sive abrogatiuum legis, sive illius constitutam decimorum decennium sufficere tam in materia ciuilium quam Ecclesiastica, efficitur sicut idem tempus decennii sufficiens esse ad abrogandam consuetudinem iacionem redditum, quia consuetudo abrogans legem & ius constitutum, non est contra ius, sed potius iuri conformis, quia ex ipso iure habet hanc efficaciam nemus repugnante: leges autem expostulantes tempus quadragezarium ad præcipitionem, loquuntur de præcipione iustis contra Ecclesiam, Ecclesia contradicente: ac consuetudo legalis non præscribit contra Ecclesie mandatum ex repugnante Ecclesia sed potius ex eius consenso, & voluntate. Ergo non est idem tempus expostulandum.

6. Adiutendum tamen est pro intelligentia superioris doctri: consuetudinem abrogantem legem consuete aliquando in facto possum, aliquando in omissione alius facti possum in facto constitutus, si obliget consuetudo andite Misam, solute decimas, &c. in omissione constitutus, quando lex mandat actum positum, v. g. adire factum & populus vel uniuersitas omittit, ipso omissione prævalere contra legem quia non illi omisso est quemadmodum fecit delectu. & non ius legi. Quapropter ad abrogandam legem, consuetudine, declinat. de Castro Sum. Mori. Par. 7.

tudine seu non ius, necessario requiritur violatio legis, & consuetudo, seu non ius illi contrarius: unde si causa legis non accidat, nunquam non ius abrogare potest: & in hoc sensu est verum, quod Iurisperiti dicunt, defuerit: sed non ius abrogante legem non venire actus negativos sed privativos qui non veniant actus, qui legi non opponuntur, sed potius qui illi sunt oppositi: sic docuit Azot tom. 1. lib. 5. cap. 4. quæst. 7. Salas disp. 19. sed. 20. num. 14. Suarez lib. 7. cap. 5. num. 14. & ca. 18. numer. 7. Bonac. disp. 1. quæst. 1. punct. vii. § 3. num. 27. Rebeccus 1. part. libr. 1. quæst. 5. num. 23. Reginald. lib. 13. num. 250. Mafcard. verb. consuetudo, conclus. 4. 24. sub. num. 3. & alii ab eisdem relati.

## P V N C T U M V I.

Quomodo probetur consuetudo

1. Allegans consuetudinem tenetur probare.
2. Excepitur consuetudo notoria.
3. Item consuetudo de ordine procedendi in iudicio.
4. Idem est de styllo fori, & curia.
5. Tandem excepitur consuetudo, de qua est dubium, an sit rationabilis.
6. Consuetudo, qua ab allegante probanda est, plene probari debet.
7. An ius iellis semiplene consuetudinem proberet.
8. Dubius testibus plene consuetudo probatur debet ratiōne deponere de frequencia actionum, & diuturnitate temporis.
9. Doctori excellenti de consuetudine testandi credendum est præ amptio, non concludenter secundum Mafcard.
10. Testantes communiter Doctores de consuetudine, integræ illæ probant.
11. Vnde doctori in foro conscientia, dum alii non contradicunt integre fides adhibenda est.

1. **A**leganti consuetudinem, legalem, sive præscriptionem (hac enim Doctores inter se sèpè confundunt) incumbere non probandi, et recepta omnium sententia, quia ea, quia constituent in facto non præsumuntur: & tradit Partius cons. 31. n. 14. vol. 1. & cons. 10. vol. 4.

2. Solum excipi debet primo consuetudo notoria: hac enim proprietas notorietatem, non indiget probatione. sed sufficit eam allegare, ut multis relatis docuit Mafcard. de probat. verb. consuetudo, conclus. 4. 23. & 27. & Tiraquel. tract. de præscrip. §. 1. gloss. fol. 8. verbo, sed quæstionis est.

3. Secundo excipi Mafcard. n. 33. cum Decio, Bart. & aliis consuetudinem quæ respectu ordinem procedendi, quia haec est modici præiudicium. ideoque illam allegans, non est cogendus probare, secus et de consuetudine decisionem causæ respiciens. Exceptio afflent: sed non quia sit modici præiudicium hanc, vel illam consuetudinem in protectione hirs seruare: sèpè enim ex via consuetudine praegravatur litigans: & causa decisio prolongatur & aduersæ sententias exponit: ex alia vero consuetudine haec omnia inconvenientia cessant. Sed ratio præcipua est, quia consuetudo in protectione hirs notaria debet esse iudici quod si illa dubius fuerit, ipse se tenet informare.

4. Tertio excipi Mafcard. n. 34. consuetudinem, quæ vocatur stylus fori & curia: tum quia haec non à populo, sed à iudice ipso, vel illius superiori introducta est: tum præcipue, quia haec pertinet ad ipsum iudicem, cui obligatio incumbit sciendi ea, quæ ad rectam sui offici executionem pertinent.

5. Quarto excipi debet consuetudo in qua dubitatur, an rationabilis & honesta sit: tunc enim si de qualitate consuetudinis agatur cum non sit res facti sed iuris ad iudicem pertinet discernere, an honesta vel inhonesta sit: sic docuit Rochus de Cutte tract. de consuetud. sed. 7. n. 24. cum Panormit. & fin. de consuetud. num. 5. ad finem. & Salas disp. 19. sed. 18. num. 10. 8. eire oppositum.

6. Consuetudo autem qua ab allegante probanda est, plenamente probari debet: sic Bart. in l. de quibus num. 22. ff. de legib. & in reperi. l. 2. quæst. 27. C. quia sit longa consuetudine. Rochus de Cutte tract. de consuetud. n. 64. & segg. Mafcard. pures referens supr. n. 19. B. ario est quia sèpè ex consuetudine pendit causa decisionis. Quapropter si de consuetudine principaliter non agatur in iudicio, sed secundario, & incidenter, tunc semiplana probatio videatur sufficere, sic ex Bart. & Guido opera tradit Mafcard. conclus. 4. 23. num. 6.

7. Adiutum tamen non probari etiam semiplana consuetudinem, si vicinus iodus testis indicatur immo neque in hac parte deferri iustitiam suppletivam, sic ex Bald. & aliis domini Mafcard. n. 21. Ratio est, quia cum consuetudo debet esse pluribus nota, constitutus enim in facto, & in populi consensu si enim tantum inueniatur eam cognoscens, eo ipso eius cognitio supervada confutatur, & eius testimoniū fallax. Duas ratiōnēs adducit Mafcard, hinc adiutentem, prima, & depositi-

DE  
ASTRO  
PALATI  
TOM.

depositio sit de confusione vigente illo in loco , vbi testis commoratur; fucus si de probanda confusione alterius loci tractaretur, quia tunc vnu testis videtur semiplenam probationem praestare, quia est probabilis ignoratio illius confusione. Sed haec limitatio mihi non probatur, si in loco illo, de quo probanda est confusione, non adsit alii testes illam testificantes: nam tunc à fortiori cognitione ableris suspecta certi potest, & eius testimonium fallax. Secunda limitatio Mafcardi, ut non procedat, quando ageretur de probanda confusione multum antiqua quia tunc vix est, qui illius recordetur, & vnu testis iuratus semiplenam constituit probationem, ex authen- sed cum testator, C ad legem Falcid. & l. si arbitrio ff. de probat, cui limitatione afflentio.

8. Plene autem probatur confusione, si duo testes de illa deponant: sic Guid. Papa consil. 116. n. 9. & consil. 17. n. 3. Barr. in l. 2. C. qua sit longa confusio, 2.6. & in l. de quibus, in 4. q. in princ. Rochus de Curte tract. de confus. scilicet 14. n. 5. Mafcard. alias referens consil. 424. n. 4. & n. 13. Salas disp. 19. scilicet 18. n. 108. Hi autem testes debent deponere de viu populi, frequenter actuum, & diu uirtutate temporis illius actus, quia haec omnia ad confusione praeceptum requiruntur, alias non probante confusione. sic Guid. Papa consil. 23. Rebuff. tract. de con- fusu. n. 196. tom. 1. Mafcard. supra n. 2. Quocirca debent testes deponere se videlicet obseruatum esse illo in loco , scientibus & presentibus multis tunc tempori spacio , quod ad introducendam confusione requiritur: ut eleganter tradit Rota decr. 25. in noui apud Fatin. pag. mibi 291. tom. 1. decimation nouissimarum. & decr. 5. & 6. n. 7. fine & part. 2. decr. 497. n. 2. neque sufficit, si testester est confusione, nisi illius ratio- nem reddat, ut optimo tradit Decius consil. 215. n. 3. Rochus de Curte in tract. de confus. n. 6. 17. verific. & quod testis. Barr. in l. de quibus, sol. 9. verific. sed quid si testis. Ratio est, quia con- fusetio est viu frequenti populi longo tempore durans. Ergo qui de confusione testari debet, de viu frequenti longo tem- pote durante debet ferre testimonium. Verum si de immemo- riali confusione testes deponant, sufficit, si testentur, se ita vi- diste, & a maioribus audire obseruatum, quin viderine, aut au- dierint aliquid contra facti.

9. Sed inquires, an consuetudo probatur sufficienter per assertiōnē alicuius excellētis Doctoris , de confusione testificans?

Varia sunt Doctorum placita in hac re, ut videare est apud Thomam Sanchez lib. 7. de matr. disp. 17. num. 8. & Mafcard, de probacionib. conclus. 426. n. 1. & segg. Salas disp. 19. scilicet 18. Ilios tamen in concordiam redigit Mafcard. n. 11. affirmans, Doctori excellēti restant in suis scriptis esse confusione, cre- dendū esse præsumptiōne, non concludēti. Et probat præ- sumptiōne esse ex dendam, quia testis etiam non iuratus facit præsumptiōne: ut obseruat glossa in cap. nuper de testibus. Item dictum honesti viri inducit creditūlum: ut obseruat Acur. in l. Tatio fundus ff. de condit. & demonstrat & Decius consil. 540. & consil. 691 fine. Item pro iudice præsumptiōne cap. in nostra de procuratoriis. & in cap. in præsenzia de renunciā, quin etiā pro Notario præsumptiōne cap. ad audiētiā, de præscrip. Ergo etiam præsumptiōne est pro dicto excellētis Doctoris , donec contrarium probetur. Quod autem dictum excellētis Doctoris non facit concludēti probationem, probat optimè Mafcard. primo, quia confusione est quid factū in his autem, quæ ad factū pertinentiū magis Doctori , quam alii creden- dum est, fucus vero fieret in his, quæ ad cius professionem spectarent. Secundo quia ea, quæ sunt facti, plerunque etiam prudentissimū fallunt. L. 2. ff. de iure. & scilicet ignorā. Ergo non concludit dictum prudentissimi. Tertio testi cuiuscumque sit qualitatis non creditur absque iuramento, ut in religiosis patet, c. suis, de testibus. Et de Episcopo constitutum est in e. fin. de iuram calamus, quin ino, neque etiam S. Romana Ecclesia Cardinali creditur, si deponant abī iuramento, ut docuit glossa cap. cum olim. 1. in verbo fratribus, & ibi Abbas de priuilegiis, & idem Abbas in cap. nuper, de testibus. Ergo multo min- us videtur credendum Doctori etiam præstantissimo absque iuramento. Quarto probat idem Mafcard. quin alias sequetur duplicitē specialitatem circa idem concutere. Prima quod admittentur testes non iurati. Secunda, quod admittentur testes qui deponent per scripturam: quod non licet fanciū est in cap. testes. 3. & 9. & in l. 3. & idem diuis. ff. de testib. Sed istud non debet admitti quia duplex specialitas circa idem concutere non debet. l. 1. & quod ibi notar. Barr. e. de inoffi- ciis doct. & in l. 1. si quis pro emptore, ff. de usucap. Ergo vni Doctori fides integra non est adhibenda.

10. Verum si communiter Doctores consuetudinem re- flectentur, & nullas sit qui contradicat, credo fidere ei integrē habendam esse quia tunc videtur probata confusione notoria & dicta illorum Doctorum habentur tanquam publica instrumenta sic docuit Mafcard plures refutēti conclus. 426. num. 17. saach lib. 7. de matr. disp. 17. n. 8. Salas disp. 19. scilicet 18. num. 108. Debet tamen consuetudo iuri communi esse conformis & non aduersaria: nam iuri communi aduersaria, dicta illo-

rum Doctorum plena non probant omnibus enim illis ius commune prepondērat: ut recēdē ex aliis Doctoribus docuit Mafcard. ibi numer. 24. Quia etiā ratione, etiā ex authoritate vnius glossa confutudo probetur, ut censet Bald. cap. cum dilectus. vol. 2. de conjectud. & Decius consil. 140. num. 9 & 10. & glossa in l. dos à patre, Cod. foliū. matrimonio. hoc intelligendū est, si communī non aduersetur: ut ex aliis notat Mafcard. num. 29.

11. Hec omnia intelligenda sunt de probatione facti ex- terni & iudiciali. Si enim de fato conscientia loquimur, ex- istimū vni excellenti Doctori assertenti confusione esse, dummodo alii non contradicant posse integrē fidem adhiberi, quia facit sem moraliter certam, ac proinde aptam, cui fides in fato conscientiae merito habenda sit, sic Salas disp. 19. scilicet 18. n. 108. Suar. lib. 7. de legib. c. 11. n. 8.

## DISP V TATI O IV.

### De lege concedente priuilegium, & ex de priuilegiis

**A**D perfectam legis notitiam pertinet [priuilegiorum co-]gnitio utrum extrahant subditos à legis communis ob- letuatione.

Multipliciter priuilegium nuncupatur: quilibet enim gratia, beneficium, favor, prærogativa, exemptio, indul- gencia, & facultas alicui specialiter concessa, priuilegium dicuntur: & quia haec solent per rescriptum Principis, diploma, seu bullam Pontificis concedi: ideo illud præceptum, diploma, seu bulla, solet priuilegium appellari non quia sunt priuilegia, sed quia priuilegium continent, qua vero ratione dif- ferunt, statim videbimus.

### P V N C T U M I.

Quid sit priuilegium, & qua ratione à lege, dispensatione, gratia, & rescripto distinguuntur.

1. Definitur priuilegium.
2. Quarantione dicatur lex priuata.
3. Inferuntur aliqua valde notanda.
4. Leges penales priuilegia dici non debent.
5. Explicatur, quomodo priuilegium differat à lege, dispensatione, gratia, & rescripto.

**I** Octo communiter definitur priuilegium, ut sit pri- pria lex aliquod speciale beneficium concedens. Sic sumitur ex Iñidoro celato in cap. priuilegia, disp. 3. & c. in his, de priuileg. cap. Abbat. cap. olim. de verborum signific. Dicitur, lex non propriè tunc quia sapientia priuilegium non est perpetuum, sed temporalem etiam quia necessitatem non imponit priuilegio vivendi priuilegio, sapientia enim illum liberum relinquit vivendi priuilegio, ut contingat, quando priuilegium est in favorem priuata personæ, & non in favorem communis: di- citur tamen lex quia dum durat alii necessitatem importat ne priuilegio vnum priuilegiis impediatur, esto huiusmodi nec- cessitas etiam ex iure ipso naturali orum habeat quia ius ipsum naturale dicitur ne priuilegiis iure, & facultate sibi à superiori concessa priuenter, quare priuilegium respectu aliorum est lex, non respectu priuilegiis.

2. Vocatur autem lex priuata, quia regulariter priuata per- sonae conceditur, ei dato, quod alicui communiter concedatur: & tanquam parti communis superioris, quia erat lege communis obligata, conceditur, præcepit tamen appellatur lex priuata, quia priuatum aliquod beneficium priuilegiato con- cedit, si enim nihil speciale concedetur, quod ex iure communis concessum non esset inutilē & fructuaneum esset priuilegium ut dicitur in cap. in his, de priuilegiis, cap. Abbate, eodem tit. & tradit Gratar. §. vñ. 25. quid. 1. Neque oblat sapientia priuilegia conciliations factas à principe illatum rerum, quæ alias iure communi concessa erant, ut constat ex cap. quia in causa, de procuratoriis, vbi conceditur vniuersitat. Parisiensi, ut possit procuratorem creare, quod de iure communi, ut ibidem dicitur, fieri poterat, & in cap. eis Christi, §. fin. de- retribuendo, religiosi conceditur potestas iurandi in propriis causis alias probatione deficiente, quod iure etiam naturali facere poterant. Non inquam, oblati: iuri, quia haec non sunt propriæ priuilegia concessiva, de quibus loquimur, nihil enim speciale his personis conceduntur, quod alias concessum non esset: sunt tamen priuilegia declarativa, quia declarant quod fore illis erat dubium, & obscurum: quia declaratio meri-